



**S**anctus Anno, eius nominis secundus, è Dasse  
Sla oriundus, ob eruditionem & vitæ integritate  
tem præsul Coloniensis electus fuit, ordine tricesi-  
mus tertius. Erat is multis uirtutib. insignis, & sub  
Heinrico tertio inter Germaniæ proceres in maxi-  
ma authoritate anno, 1070. Huius præclari uiri ex  
multis memorabile facinus referam. Cum post se-  
ditionem quandam Coloniensium àgeret in arce  
Sigenbergensi, quod ipse in monasterium conuer-  
terat, & hodie in ducatu Bergensi non pcul à Bon-  
na sita est, contigit iudices Alti iudicij Coloniens-  
is pauperculæ cuidã mulieri iniquam sententiam  
ferre, muneribus corrupti. Mulier quæstum Archi-  
episcopo de iniuria sibi à Scabinis illata, Sigenbergum uenit. Præsul causa co-  
gnita, iudices illos cum suis libellis ad se uenire iubet, ac rogat cur iudicio per-  
uerso iniquam sententiam tulissent ?